

Band VI., Nr. 1980, Seite 372-373

Priorin und Konvent des Predigerordens zu Sirnau verpflichten sich, der Schwester Irmengard von Weinsberg und ihrer Tochter Erlinde auf beider Lebensdauer eine jährliche Fruchtgülte aus einem Acker und einen Hellerzins aus einer Hofstatt in Deizisau, welche dieselben dem Kloster geschenkt, zu entrichten.

Sirnau, 1268. Februar 1.

Que geruntur in tempore ne simul cum tempore labantur, solent eternari memoria litterarum. Innotescat igitur universis ac singulis, ad noticiam quorum presens scriptura pervenerit, quod nos M. priorissa et conventus sororum ordinis Predicatorum in Syrmenowe, Constanciensis dyocesis, solvere tenemur sorori Irmengardi de Winsberc ac Erlindi, filie sororis eiusdem, pro tempore vite sue utrique in solidum quolibet anno a tempore messis usque ad festum beati Mychahelis mediam partem fructuum de uno iugero et dimidio agri frugiferi siti in Dizinsowe, quem excolit ad presens Cvnradus Hegenli de eadem villa. Insuper iam dictis feminis solvere debemus quolibet anno in festo sancti Martini V solidos Hallensium de area sita in predicta villa, quam incolit et inhabitat quidam qui vocatur Gallus. Dicte quoque femine agrum et aream predictam nobis donarunt in remedium anime sue transferentes in monasterium nostrum totum ius et dominium, quod habent in eisdem, salvis eis fructibus ac denariis predictis pro tempore vite sue. A quorum solutione nos et monasterium nostrum post mortem ipsarum penitus absolvemus. In memoriam igitur donationis huiusmodi nobis facte ac solutionis predictis feminis faciente presentem litteram conscribi fecimus eisdem sigilli nostri conventus munimine roborari.

 Datum in Syrmenowe, anno incarnationis domini M^o. CC^o. LXVIII^o., kalendas Februarii.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 abhängig Siegel der Priorin und des Konvents von Sirnau, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1634 (WUB, Bd. VI, S. 26).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 175 U 17

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 24, Nr. 102.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Sirnau

Ortsindex:

Deizisau Wohnplatz (317)
 Deizisau, ES
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Sirnau Wohnplatz (347)
 Sirnau, Esslingen am Neckar, ES
 Weinsberg Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN